



Taubmann. axiomate

approbatum semel reprobari non potest 148. 13
quod semel placuit amplius displicere non debet 129. num. 4.

1	T
2	S
3	S
4	T
5	M
6	R
7	E
8	R
9	W
10	N
11	R
12	R
13	W
14	E
15	B
16	R
17	R
18	R
19	R
20	R
21	R
22	R
23	R
24	R
25	R
26	R
27	R
28	R
29	R
30	R
31	R
32	R
33	R

L. L. 9
M. M. 6 10



201.
8

CUM DEO!
COLLEGII INSTITUT.
PUBLICI
DISPUTATIO OCTAVA
Ethico-Politico - Juridica
De
USUCAPIONI.
BUS ET DONATIONIBUS

Item,
Quibus alienare licet; & Per quas personas cuiq; acquiritur.
Ad Tit. 6. 7. 8. & 9. Lib. 2. Instit.

EXHIBENS
TEXTUS
Continuationem, Quæstiones,
Antinomias & Axiomata.

Quam
Sub PRÆSIDIO
CHRISTIANI TAUBMANNI
J. U. D. & Profefs. Publ.

Discutiendam proponit
DAVID KOREMAKER Herfor-
diæ Westphalus.

Ad diem 17. Maii In Auditorio Actorum horis antemerid.

WITTEBERGÆ,
Ex Officinâ Typogr. AMBROSII ROTH I Acad. Typogr.
Anno MDCXXVII.

CUM DEO
COLLEGII INSTITUT.

DISTRICTO OCTAVIA
Ejusmodi - [illegible]

USUCAPIONI-

PER ET DOMINATIONIBUS

Quibus dicitur [illegible] [illegible]

Constitutionem, Quibus

CHRISTIANI FABRIANUS

DAVID KORTZMANN Hektor

WITTENBERG
Ex Officina Typographica Amatorii Rothi Acad. Typogr.
anno MDCXXVII





MEMBRUM I.

Continens Textus Continuationem.

TIT. VI.

*De Usucapionibus Et longi temporis præ-
scriptionibus.*



Actenus, quomodo jure gentium res acquirantur: §. 11. *supr de R. D.* Nunc de modis acquirendi jure civili; quorum alii res singulas concernunt, alii bonorum universitatem. §. 6. *infr. per quas person. suig. acquir.* Rerum singularum considerandæ tum species; tum causæ, *infr. tit. 8.* Species, ut Usucapio, Donatio, Accretio. §. *ult. tit. seq. Legatum infr. tit. 20.* & Fideicommissum particulare. *infr. tit. 24.* USUCAPIO est adjectio domini per continuationem possessionis, temporis lege definiti. *l. 3. ff. b. t.* Estque vel rerum mobilium & propriè dicitur usucapio, vel rerum immobilium & jurium incorporalium, & propriè dicitur longi temporis præscriptio: Quamvis hodie nullum ferè inter ea sit discrimen, quoad vim & effectum; sed tantum soni & vocabuli. *Rittersb. hinc.* In utrâque consideranda, Personæ, Res, Forma sive requisita, Finis, Effectus; Contraria denique sive impedimenta Et I. Personæ, ut cives sint Romani. *pr. hinc in fin.* II. Res, scil. præscriptibiles. §. 10. *hinc.* Quales non sunt, 1. Extra commercium positæ, ut res sacræ, vel religiosæ. §. 1. 2. Publicæ. *l. 45. ff. b. t. 3.* Liber homo; 4. Servus fugitivus: Res vitiosæ, ut furtivæ & vi possessæ. §. 2. *hinc.* Illæ quidem neque à fure, propter malam scil. fidem. §. 3. *hinc.* Neque à bonæ fidei emptore *ibid.* (Nisi vitio purgato. § 8. *hinc*)

A 2

Hæ

Hæ verò si immobiles sint, à bonæ fid. emptore præscribi possunt. §. 7. *hic.* Hæres quoque qui rem alienam, quam hereditariam putabat. §. 4. *hic.* Vel fructuarius, qui ancillæ partum, quem suum esse credebat, bonâ fide accipienti vendit, usucapiendi facultatem emptori præbet. §. 5. & 6. *hic.* 6. denique *Res Fiscii*; exceptis bonis vacantibus fisco nondum denunciatis. §. 9. *hic.* III. Forma, seu Requisita sunt. 1. *Possessio continua. princ. hic.* Etiam ea, quæ ab uno ad alium legitime vel successione, vel emptione translata est. §. 12. *hic.* 2. *Titulus iustus & legitima causa ad transferendum dominium*; qualis est, emptio, donatio, legatum &c. *d. princ.* Modò verus sit, non putativus; §. 11. *hic.* 3. *Bona fides* sive rei alienæ ignorantia. *d. princ.* Quam de jure civili ab initio, non obstante malâ fide superveniente, adfuisse sufficit; ita ut bona fides defuncti etiam heredi profit, quamvis ipse sciat, rem alienam esse, & contra mala fides eidem obsit, quamvis ipse rem alienam esse ignoret. §. 7. & 12. *hic.* 4. *Tempus* lege definitum. *princ. hic.* IV. Finis, est bonum publicum. *l. 1. ff. b. t. Ne rerum Dominia sint incerta. princ. hic.* Et ut aliquis reperiatur litium finis. *l. fin. ff. pro suo.* V. Effectus est Dominium, quod possessori adiicit. *l. 20. C. de pact.* Aded ut adversus agentes munitus sit exceptione præscriptionis: si possederit rem *per tempus* legibus definitum, quod est vel *triennium*, quo res mobiles à privato contra privatum. *d. princ.* vel *quadriennium*, quo à fisco contra privatum, & econtra à privato contra fiscum. §. *fin. hic.* vel *decennium*, quo res immobilis inter præsentem, vel *vicennium*, quo inter absentes præscribitur. *d. princ.* VI. Contraria denique sunt *injustitia*, seu nullitas tituli, mala fides & *Interruptio*, quâ coeptæ usucapionis continuatio interpellatur. *l. 10. C. de acquir. poss.* Vel *naturaliter*, ut cum possessori res ab alio mobilis auferatur, immobilis occupatur. *l. 5. ff. b. t.* Vel *civiliter*, puta Litis contestatione. *VVes. parat.*

hic. n. 15.

MEMBRUM



MEMBRUM II.

Continens Quaestiones.

I. An Usucapio, vel ususcapio legendum? Prius Aff. cum Harpr. p. 423. n. 4. Riemer. dec. 5. q. 4.

II. Num pro Prescriptionibus in hac rubr. sit substituendum Possessionibus? Neg. cum Först. disp. 9. tb. 1. Heig. hic. n. 8. Contra Cujac. & Borch.

III. Num rectè sic inter usucapionem & præscriptionem Dd. distinguant, ut illa sit rerum mobilium, hæc immobilium? Neg. cum Först. tb. 2. Arum. Ex. 6. tb. 3. Harpr. p. 431. n. 53. Contra Schneidov. & Borch.

IV. Num ususcapio sit adjectio, num adeptio? Resp. utrumque cum Först. tb. 3. Harp. p. 424. n. 6. Arum. Ex. 6. tb. Contra Cujac. & Borch.

V. An ususcapio pugnet cum naturali æquitate? Neg. cum Harpr. p. 427. n. 29. Arum. Ex. 6. tb. 1. Treutl. vol. 2. d. 22. tb. 7. a. Berens. d. 5. tb. 1. q. 1. Contra Hunn. l. 2. resol. tract. 3. q. 2. & ad Treutl. q. 47. Cubach. cent. 2. quæst. ill. dec. 6. q. 1.

VI. An per usucapionem plenum & perfectum Domini-um acquiratur? Aff. cum Arum. tb. 11. Harpr. p. 424. n. 8. Berens. q. 2. Henon. d. 6. tb. 16. Fachin. l. 1. controu. c. 70. Don. En. l. 5. c. 29. a. Contra Schneidov. Accurs. & Dyn.

VII. An dubitans ut bonæ fidei possessor præscribat? Neg. cum Arum. tb. 5. Berens. 4. 7. Först. tb. 5. Bachov. ad Treutl. v. 2. d. 22. tb. 6. c. Contra Harpr. p. 435. n. 69. Henon. tb. 7. Hun. q. 6. Vid. Don. En. l. 5. c. 17. a. Ungeb. Ex. 7. q. 2.

VIII. An scientia rei alienæ superveniens post comple-tam usucapionem, restitutionem in foro conscientiaë cau-setur? Neg. cum Berens. q. 8. Fachin. l. 1. controu. 64. Harpr. p. 440. n. 91. Ungeb. Ex. 7. q. 2. Arum. tb. 7. Henon. tb. 11. Ba-chov. ad Treutl. ibid. Contra Oldendorp. Conan. & Alciat.

IX. Utrum ad usucapionem sola possessio civilis; an vero & naturalis idonea sit? Prius aff. cum Hun. q. 3.

A 3

X. An

G. Th. M. Ba



X. An usucapio per litem contestationem hodie interrumpatur? Neg. cum Bach. p. 366. Hun. q. 4.

XI. An bona fides in dubio præsumenda? Aff. cum Harpr. p. 434. Vasqu. controu. lib. 2. c. 70 n. 2. Sc. 79. n. 15.

XII. Utrum in præscriptione temporis immemorialis desideretur? Aff. cum Harpr. p. 439. n. 8. Hanon. tb. 10. Fachin. 8. contr. 26. Contra Dec. & Boer.

XIII. Num in præscriptione temporis immemorialis requiratur titulus? Neg. cum Först. tb. 8. Harpr. n. 103. Henon. tb. 1. Fachin. 8. contr. 33. Contra Dylum.

XIV. Num sine possessione contingat usucapio? Neg. cum Först. tb. 9. Contra Cujac.

XV. An jure luendi pignoris 30 annorum spatio præscribatur? Neg. cum Arum. tb. 9. Hanon. tb. 13. Harpr. n. 183. Bronch. cent. 4. afs. 4. Fachin. 2. controu. 13. Contra Tuchum & Bachov. ad Treutl. v. 2. d. 1. tb. ult. h.

XVI. An autem pacto de retrovendendo? Neg. cum Hen. tb. 14. Harpr. n. 197. Ungeb. ex 7. q. 5. Treutl. v. 1. §. 28. tb. 10. d. Contra Bronch. VVesenb. & Bachov.

MEMBRUM III.

Continens Antinomias.

I. Bono publico introductam esse usucapionem asseritur in princ. hinc. & l. 1 ff. h. t. Et tamen ab ipso Imper. Nov. 9. appellatur. *Impium & iniquum præsidium*: Quia id quod meum est, sine facto meo transfert in alium, quod est contra naturam. l. 14. de condi. indeb. l. 11. & 206. de R. 7. Vid. Martin hinc. tb. 25. & quest. 5. nec non. axiom. II. infr. Don. En. Hilig. l. 5. c. 3.

II. Tempora inter venditorem ac emptorem conjungenda esse, vult. §. 12. hinc. in fin. Lex autem 13. §. 4. ff. de acquir. possess. accessionem inter emptorem & venditorem esse negat. Vid. Marci. hinc. p. 267. & Bach.

ibid. Berens §. 5. tb. 1. q. 6.

MEM-

207.
MEMBRUM IV.

Continens Axiomata & Digressiones.

I. Rerum dominia debent esse certa. *princ*
Deus quidem humano generi contulit jus in res hujus in-
ferioris naturæ statim à mundo condito, atque iterum
mundo post diluvium reparato: *Erant*, ut Justinus lo-
quitur, *omnia communia, & indivisa omnibus, veluti u-*
num cunctis patrimonium esset. Hinc factum, ut sta-
rim quisque hominum ad suos usus arripere posset, quod
vellet; & quæ consumi poterant consumere. Ac talis usus u-
niversalis juris erat tum vice proprietatis. Nam quod quis-
que sic arripuerat, id ei eripere alter nisi per injuriam non
poterat. Similitudine hæc intelligi potest eâ, quæ est apud
Cicer: *Theatrum cum commune sit, rectè tamen dici potest, ejus*
esse eum locum, quem quisq; occupavit. Neque is status durare
non potuit, si aut in magnâ quadam simplicitate perstitissent
homines, aut vixissent inter se mutuâ quadam eximiâ carita-
te. Horum alterum, *communione scilicet ex simplicitate*
eximiâ, videre adhuc licet in quibusdam Americæ populis,
qui per secula multa sine incommodo in eo more perstitê-
runt: Alterum vero, *communione nimirum ex charitate*,
exhibuerunt olim *Esseni*, deinde *Christiani*, qui Hierosoly-
mis primi existiterunt. Verùm quamvis hanc *bonorum*
communione multi & magni nominis viri probaverint, &
sub Saturno aurei sæculi conditoribus Poetis, juri naturali il-
lam adscripserint, quo, ut Princeps istorum canit: *Nec si-*
gnare quidem aut partiri limite campum Fas erat; hoc tamen
ita accipiendum, ut nihilominus *hominum arbitrio & pote-*
stati, tanquam res indifferens, eadem communio permessa videri
debeat: ita, ut salvâ justitiæ ratione, naturâ ipsâ monente,
mutari, corrigi, rursusque restitui, & sæpius variari, sub Jo-
vis imperio possit: & *Lactant.* ita accipi oportere ait, non
ut existimemus, nihil omninò tum fuisse privati: sed more
poëtico figuratum, ut intelligamus, tam *liberales* fuisse ho-
mines,

Gen. i. 29.

lib. 14.

3. De finib.

2.

Virg. in Ge-
org. 1.

Inst. div.
l. 5. c. 5.

28.
mines, ut *natas sibi fruges non includerent*, nec soli absconditis
incumberent, sed & *pauperes ad communionem proprii laboris*
admitterent. Proinde quod in ætatis veteris & novi testa-
menti principio temporarium fuit, & in Hierosolymitana
Ecclesia ob persecutorum injurias receptum, ad perpetuam
observationem non est trahendum: cum in aliis Ecclesiis
proprietas singulorum fuerit, & nusquam communio præ-
cepta legatur. *latè Rud. Hospin. de orig. templ. l. 5. c. 1.* Cla-
ment itaque licet multi, infausta esse hæc nomina, *Meum &*
Tuum; & auream sibi felicitatem imaginentur: Homines ta-
men ubi esse, & inter homines se (quorum ut in multi-
tudine Hierosolymitana non est proinde cor unum, nec a-
nima una, sed ad dissentiendum faciles sunt, scilicet naturâ.
l. 17. §. 4. de recept. arbitr.) vivere meminerint, legibus rectè
latis & magistratibus earum defensoribus, maledicere desi-
nent. Est quippe *mens nostra naturâ infinita*, & quod ad
potentiam attinet, *aliena potius appetit*. & quod spectat ad in-
tellectionem, *etiam è falsis*, & *monstrorum picturis*, *capit vo-*
luptatem. Et quoniam à primâ hominis symmetria depra-
vata, *asperratur certorum finium præscriptionem*; distinctio-
ne rerum & officiorum congruâ in gyrum rationis per leges
certas reducenda fuit; sic tamen, ut per eam *non excludantur*
officia pietatis. Nam & hæcenus ad communionem, ex iis-
dem legibus, obligatos nos scire debemus, quatenus ege-
stas proximi id exigit, & charitas jubet: Quemadmodum,
ab actione furti in difficultate annonæ liberatur, qui ex alieno
vixit; & benignè satis interpretamur, quod dicitur, naturali
jure *omnia esse communia*, videlicet *tempore necessitatis* com-
municanda. *c. si quis extr. de furt. gl. in d. c. jus nat. l. 2. §. 3.*
ad l. Rhod. Heig. ad princ. supr. de R. D. n. 4. & Harpr. ad §. 1.
infr. de oblig. qua ex del. nasc. n. 19. Itaque, cum non possimus
omnes esse pares; *Dives & pauper habitant simul*, *Deus facit*
utrumq;; id est, *Dominia sint distincta*, & unusquisque
teneat suum; *Fontes tui deriventur foras*, *der abfall sol mitge-*
thillet werden: id est, *non sis prodigus*, sed *νοταριος*; non
sordidus

Actor. 4.
v. 22.

Scalig. Ex.
307. n. II.

sordidus, qui non afficiatur communi calamitate generis
 humani; sed tamen *tu Dominus eorum manero solus*. Pater-
 fam. enim multis indiget: 1. Ut possit aliquid conferre ad-
 conservandam Ecclesiam & ministerium docendi, secundum
 illud: *Honora Deum de tua substantia*. 2. Ut possit opitulari
 Reipub. *Demosthenes*, dicit opus esse pecuniâ, & nominat *pe-*
cuniam nervos bellorum. 3. Ut habeat unde vivat cum liberis,
 conjuge & familia, die müssen auch essen. 4. Ad juvandos
 pauperes, & alia communia officia in vita, quæ multa sunt.
Nos sumus pauperes, non habemus tantum, quantum est ne-
 cessarium naturæ: Wir haben wenig einkommen/die propo-
 lae, capileutæ, caupones betriegen die Leuth / verderben vñd
 steigern die Wahr/die Potentaten vñd grosse Herrn geben Br-
 sach darzu. Sunt vel negligentes in curandis bonis publi-
 cis, aut sunt ipsi corruptores, aut exhauriunt homines, ne
 possint bonas merces facere. *Melaneht. postill. dom. 9. post*
Trin. p. 48. Vid. Grot. de jure bell. lib. 2. c. 2. n. 2. Vasq. illust. con-
trou. l. 1. c. 4. n. 3. Dane Eth. Christ. l. 2. c. 15. p. 241. Schönborn.
pol. l. 1. c. 15 Harpr. adpr. Inst. de R. D. n. 55.

II. Expediit Reipub. Magistratus & cives habere
 vigilantes & attentos. *arg. pr. vers. & cum. & s. 7. hic.*
 Quid enim prodest, *inquit Valerius*, foris esse strenuum, si
 Domi malè vivitur. Unde Romæ à *Censoribus* vehementer
 castigati, qui agros suos negligenter coluêrunt. *Et qui ma-*
gis arabant, quam verrebant, ignominiâ notati fuerunt. Sic
Livius Drusus, vir triumphalis, ab iisdem notatus fuit, quod
 argenteam quinquaginta aureorum pretii supellectilem pos-
 sideret. Quam tamen necessariam Politicæ provinciam in
 nostris Rebuspub. adeò obsoletam prospicimus; ut non mo-
 dò non colatur, sed ferè ignoretur & irrideatur. Unde
 multorum magnorumque malorum perpetua causa, quia
non sumus debito more vigilantes & attenti. Sed omnes abu-
 timur *staltè facultatibus.* Wir können nichts recht regiren.
 Videte quales voragines, quales Charybdes sint facultatum
 in aulis? Da heist ein Fürst 400. Pferd in Hoff / darff ihrer
 B nicht

l. 35. c. 11.
Plin. l. 18.
c. 331.
Ibid.

l. 35. c. 11.



220.
nicht 20. oder 40/ die andern stehen nuhr pro forma da. Po-
stea quantum est profusionum in stultis ædificationibus?
Alphonsus contulit quadraginta millia aureorum in restituc-
tionem Mathematices, sind vier Tonnen Goldes. Wann
rechnet es groß: Sed quantum fuit hoc *Alphonso*? Sumite
duas exiguas munitiones in Germania, die kosten mehr als
4. Tonnen Goldes. *Alphonsus* recte & bene fecit: sed ma-
gnitudo pecuniæ non est tanti æstimanda: quia multò plus
profunditur in aliis rebus. *Alexander* *Aristoteli* dedit 800
talenta, Das ist 4. Tonnen Goldes vnd 80000 noch dar-
yber. Quantum hoc fuit *Alexandro*? Wenn *Harpalus*
ihm nicht mehr gestolen hette/were er ein armer Dieb gewesen.
Considerate ἀταξία, quæ est in apparatu conviviorum.
Plautus dicit: *Cum Philosophi veniunt in convivia, culpant a-*
lios, & tamen ipsi quodq; edunt simul. Communia mala & con-
suetudo impellunt homines, & excutiunt à recta ratione,
sicut scopuli & venti naves. Sehet/wenn man Hochzeit
macht/qualis est ἀταξία, id est, qualis profusio? Per mulie-
res pleraque administrantur, quæ non patiuntur limites vel le-
ges. Est magna miseria generis humani, in quo est magnus
abusus divitiarum quem exprimere non possum. Unde
& plerique Magnates seind lauter Bettler/ propter profusio-
nes. & subditi propter nimias exactiones. *Magnæ opes non*
sunt sine mediocribus injuriis. Ideò *Christus* nominat inju-
stas divitias; quia plerumque aliquid vitii accedit in parando,
& in fruendo divitiis. *Menander* inquit: *Nemo celeriter fit*
dives, volens simul justus esse. Et *Latinus* poëta inquit: *Ju-*
stissimus esse Qui cupit, exiguas semper habebit opes. Etiam
ad honestam industriam acquirendi opes; accedunt tamen
πλεονεκτησις aliqua. Es suchet ein jeder sein Vortheil.
Postea in rebus, etiam justè partis, varii sunt abusus. *Nemo*
ferè utitur divitiis sine profusione, aut tenacitate nimia. Gut
macht Muht; Muht/macht Uebermuht. Videtis quàm multa
peccent homines avaritiâ. *Nummus ubi loquitur, Tullius ipse*
acet. Quare *Salvator noster* merito taxat profundam & cæ-

Blissand.

Luc. 16.

211.

eam illam securitatem in animis hominum, nihil curantium,
neque cogitantium de vita æterna. Wie man siehet das die
Leut dahin gehen in cæca, profunda & veteriosa negligentia
de Deo, & de vita æterna. Curant homines res alias, ille,
delectatur voluptatibus, hic divitiis, alius ambitione, Und
was des dinges mehr ist. *Uni cuiq; sua cupiditas est Trojam ca-
pere.* Interim negligunt ea, quæ maximè curare debebant.
Corrigamus itaque maximi-minimi mores, & simus quoque
in rebus humanis & divinis attentiores & vigilantiores: De-
ploremus mala publica, gemamus & oremus, ut filius Dei
adsit suæ Ecclesiæ. Obs schon nicht all zeit gehet wie wir wol-
len/ tamen extant manifesta exempla divinæ præsentia. Ho-
mines sumus, & ita habemus peccata multa, Darumb müssen
wir auch penas haben/ & tamen Deus mitigat istas propter
Christum istis, qui benefaciunt ministerio, & fovent studia.
Excusat quoq; illos, non qui palam tantum contradixerunt,
sed illos etiam qui gemuerunt, Denen es Herzlich Weh hat
gethan/das Ecclesia & ejus membra also leiden müssen/ qui ge-
mitu tantum ostenderunt dolorem. Ille genitus sit in nobis,
sinon possumus plus præstare. Et hæc annotare placuit
existius Viri explicat. Evangelic. quem Magnus Sca-
liger, in Elencho Trihæresi adversus Serrarium Jesuitam,
nominat: *Heroem incomparabilem, hominem optimum,
eruditissimum, modestissimum.* Præsertim cum nunquam
major malorum seges morum, ullâ majorum atate extiterit,
quando non modo, *uti temporibus augustini,* in theatris; sed
potius in mediis S. S. Ædibus & Dei templis, & in Repub.
Christiana, pietati, honestati & humanitati omnia contraria
sunt. *Nil est ulterius, quod nostris moribus addat posteritas.*
O tempora, ô mores! Vid. *Besold. diss. polit. cl. 2. d. 2. lb. 31. A-*
mirat discurs. in Tacit. l. II. c. 2. Kirchn. diss. II. lb. 2. a. Bodin.
6. de Rep. c. 1.

III. Domini non sunt maturè rebus suis defrau-
dandi. *ibid. c. 7.*

IV. Beneficia non sunt concludenda, *ibid. Bene-*
ficientiam

Ezeeb.

gemitus

Melanct.

Dom 9. post
Trinit.

Delectu

Cic. 1. offic.
Sen. 1. de
benef. c. 1.
2. offic.

Max. Tyr.
Serm. 8.

lib. 22.
ep. 22.

Max. Tyr.
Serm. 8.
de benef.

Cic. 2. offic.)

L. fin. C. de
stat. & imag.

scientia enim, nihil est natura humana accommodatius. Sed cum dilectu tamen: Beneficia enim sine ullo delectu, magis proijcimus, quam damus. Et Benefacta, inquit Cicero, male locata, malefacta arbitror. Scite Democritus, cum animadvertisset quendam promptè beneficientem quibuslibet, & temerè suppeditantem: Male, inquit, pereas, qui gratias virgines, meretrices effecisti. Quo potissimum dicitur innotantur, qui beneficia temerè profundunt, (quod est gratias ipsas prostituere) sive rem sive operam præstando. At inter cætera illud beneficentiæ genus solet pessimum censerì, cum improbis patrocina mur: utpote parum honestum. Etenim quicumq; improbis patrocinantur verbis aut factis, isti in societatem scelerum se insinuant. Imò ad pessima facinora facem præferunt, dum eorundem malefactis obsecundant. Neque enim in eodem crimine non est accusandus, qui alteri parum probo operam accommodat. Huc alludere visus est Plinius: Qui odit vitia, homines odit. Non enim vitia & flagitia possumus insectari, homines simul illa perpetrantes omninò amare. Unde quicumque de hisce farina hominibus vult benè mereri, non est à scelere alienus. Et non fieri potest, ut vitia & virtutes copulemus: atqui hæc duo volunt conjuncta, si diis placet, qui se probos profitentes, adhuc malis benefaciunt. Quod si contrariorum est eadem disciplina, benè potest hoc contrario argumento illustrari. Nemo enim bonas artes, ac bonos amat, quin ipse bonus sit. Ita qui malis benè velit, quin ipse malus sit, invenies neminem. Imò, qui largiuntur indignis ea, quæ dignis conferenda essent, tria præstant absurda: Nam & ipsi jacturam faciunt, in bonos sunt injuriosi, malosque roborant segete ac materia vitiorum suppeditata. Personarum itaque ratio habenda, nimirum ut benemeritis promptius conferas. Nam virtutum præmia tribui merentibus convenit. Nutriunt enim præmiorum exempla virtutes. Ad hæc, ut major & propensior sit liberalitas in calamitosos, id est, bonos, qui hoc seculo tales. Quam laudabilis vox illa Impp. Valentini & Marciani, quæ testantur: Humanitatis sua esse egenis



213.

egenis proficere, ac dare operam, ut pauperibus alimenta non
desint. Pauperibus enim una educandi ratio, bonus Princeps. Sed
plerumque ii, qui abundant divitis, collocant pecuniam
suam in eos, qui vicissim possunt benefacere ipsis; Secundum
illud: *Semper eris pauper, si pauper es Emiliane: Dantur opes*
nulla nunc nisi divitibus. Quia rara est liberalitas gratuita.
Et, imitantur dona hamos. Wenn man schon giebt den Armen:
so giebt man ihnen, daß sie Arm bleiben. Wann man einen
Armen Priester in aula ein Malder Korn/ oder 10. Gulden
giebt/putant, quod beaverint ipsum. Interea dantur Ephe-
stioni alicui, multa millia: Sicut ego memini (verba sunt Ph.
Melanchtonis) uni datos esse mille aureos, quod tanta ejus
virtus esset, ut auderet cacare in medio convivio in mensam.
Erat heroicum facinus: So gehets in mundo. Videte quo-
que, quomodo illi vastent Ecclesiam, qui nominant se Epi-
scopos. Retinent umbram ceremoniarum ad opes & potentiam
suam retinendam; interim trucidant Ecclesiam, necant fame
miseros pastores & Scholasticos: Sehet wie der Hunger den
armen Kindern/und Weibern der pastorn auß den Augen sie-
het. Videte, quàm multi Scholastici miserrimè vivunt, qui ne
habent necessaria corporis. Econtra ingentes illæ opes at-
tributæ Ecclesiis, devorantur von den Unstettern/qui vocan-
tur Episcopi, cum potius sint Tyranni. Und unnütze Verschwel-
ger der Kirchengüter: Interdum & Principes ad se rapiunt
reditus monasteriorum & bona Ecclesiastica, & vix pauca
dant ad usum Ecclesiæ & Scholarum: Et tamen tanta est Dei
bonitas, ut aliquid etiam dantes absolvat, modò agnoscant
sua peccata. Imitentur itaque Principes, imò omnes, & au-
ribus menteque excipiant illud Agaperi viri sanctimoniâ
clari monitum: *Vestimentum non veterascens est beneficentia*
amicus, & incorrupta stola est erga pauperes. Eum ig. oportet,
qui piè regnare vult, talium indumentorum pulchritudine ami-
nam exornare: Amoris enim in egenos qui indutus est purpuram,
caelestis quoq; regni compos efficitur. Ut de ipsis meritò dici
possit, quod de se ipso quondâ B. Hiob. Oculus eram cecorum,

l. 12. C. de
SS. Eccles.

Plin. l. 8.

c. 10.

Martial.

Epist. Paran.
ad Imp. Iusti-
nian.

cap. 29.

B 3

3

Es pes claudorum; Pater eram pauperum & merentium consolator. Ita Deus dabit ipsis præmia in hac vita & post hanc vitam. Nam etiam in hac vita benedicuntur facultates piorum, propter beneficentiam, ut dicitur: *Date & dabitur vobis.* Ita Paulus dicit: *Deus det consolationem Onesiphoro, quia me refecit.* Habetis multa exempla & dicta dulcissima. Quando Iſabel volebat interficere prophetas auditores Helix, *Abdias* custodivit, & pavit magnam turbam inclusam in speluncis. Deus vicissim defendit illum ipsum & alios. *Eunuchus* apud regem *Zedekiam* servat *Hieremiam*. Et *Hieremias* dicit, *Quamquam Hierosolyma destruetur, tamen tu eris incolumis.* *Beatus* itaque qui intelligit super egenum & pauperem: *In die malo liberabit eum Dominus.* Certè liberabit & dabit intervalla ne omnia intereant. *Benedicet benedictibus nobis, & maledicet maledicentibus.* *Nisi enim Deus hucusq; nobis reliquisset semen, essemus sicut Sodomæ.* Vid. *Turturret. Paral. p. 98. Lips. pol. l. 2. c. 16. Crockier. polit. l. 2. c. 1. Melancht. in explic. Dom. 9. post. Trinit.*

1. Rhet. 3.

l. 4. de civ.
Dei c. 6.

1. Offic.

Andron,
Rhodius.

V. *Domina rerum, iustâ possessionis causâ præcedente, adquirenda.* *ibid. in fin.* Sunt tamen, qui istud planè non curant, de quibus dici potest illud, quod à *JCtis* est; *Eradonem esse eum, qui rogatus de possidendi causâ, nullam aliam adfert, nisi quod possideat.* *Aristoteles* de belli suasoribus: *Qui iustum sit vicinos innoxios in servitutem redigere sepe nihil curant?* Talis *Brennus*, qui omnia dicebat validiorum. Talis *Silio Annibal*, cui *pro fœdere, proq; Justitia, ensis.* Talis *Attila*, & quibus illud in ore est, *Quaritur belli exitus, non causa.* Et: *Id in summa fortuna æquius, quod validius.* Quibus non malè aptes illud *Augustini*: *Inferre bella finitimis, & inde in cætera procedere, ac populos sibi non molestos solâ regni cupiditate conterere, quid aliud quàm grande latrocinium nominandum est?* Et alterum *Ciceronis*: *Ea animi elatio, qua cernitur in periculis & laboribus, si iustitia vacat, non modo virtutis non est, sed potius immanitatis omnem humanitatem repellentis.* *Qui enim magni compendii sui causâ accipiunt, unde non oportet,*

111,

ret, hi pravi, impij, injusti appellantur, quales sunt tyranni & urbium vastatores. Horum vitium humanum excedit modum. 2. declam
 De quibus Seneca: Possum dicere non esse hanc crudelitatem, sed c. 7.
 feritatem, cui voluptati servitia est: possumus insaniam vocare:
 nam varia sunt genera ejus, & nullum certius, quam quod in ca. ult. Nicom.
 des hominum & laniationes pervenit. Omnino enim crudelis Aristot.
 habendus, qui ex amicis hostes faciat pugnandi & fundendi sanguinis cupiditate. Interdum quoque accidit, ut causa quidem justa sublit, sed vitium actioni accidat ex animo agentis: sive quod aliud quiddam, non illicitum per se, magis & principalius animum moveret, quam jus ipsum, puta honoris & vindictae studium, aut utilitas aliqua, sive privata sive publica, quae ex bello ipso seorsim a causa sua iustifica considerato expectatur: Sive quod adest affectus plane illicitus, ut gaudium acquiescentis in malo alieno sine boni respectu. Sic Aristides de societate secunda, Phocenses, ait, merito periisse, at non benefecisse Philippum cum eos perderet, quippe non religioni studentem, quod praeferebat, sed augendo imperio & vindictae cupiditati. Una & ea vetus causa bellandi est, inquit Sallustius, profunda cupido imperii & divitiarum. Tacit.
 Aurum & opes praecipua bellorum causa. Et Seneca: Rupere saedus impius lucri furor Ex ira praeceps. Hypp.
 Verè hodie ruptum est Christianae caritatis vinculum, & illud juris compendium: Quod tibi non vis fieri, alteri non feceris. E contra: Nocendi cupiditas, ulciscendi crudelitas, implacatus & implacabilis animus, feritas rebellandi, libido Dominandi, & si quae sunt similia Augustin. contr. Faust. l. 22. c. 74.
 olim in bellis jure culpata, regnum obtinent. Sed Deus his quoque dabit finem; & populi voris istis, qui omnia ferro flammisq; pervastant, non sexu, non aetate miserationem adferente: qui profana simul & sacra solo equant, funem. Vicinis enim & quidem Christianis non ita plusquam barbarico more est officendum. Vid. disp. 7. supr. ax. 2. & ib. tit. 4. Axiom. 4. Grotium de jure belli. l. 2. c. 22.

VI. Furtiva & vi possessa non possunt usucapi.
 §. 2. hic. Cum itaque Piscator ille Romanus dolo, fraude, hypocrisi,



Plin. Paneg. c. 36.

Job. 18. v. 36.

Goldast. tom. 1. const. Imp. p. 50.

Procop. de bell. Vand. l. 2.

Nov. 30. c. 12.

hypocrisi, vi, & aliis injustis machinationibus, tanquam hamis quibusdam & uncis bona Imperii & opes Europæas in suum illud *scdum prædorum receptaculum* attraxerit; concludendum ex hoc, quod injustissimè possideat bona ista, nec quicumque juris in illis obtineat, *sive donationem*, quæ fieri non poterat absque consensu populi; *Sive Christi vicariatum*, cujus *regnum non de hoc mundo*; *Seu Petri successionem*, cujus nomen dicis tantum causa per ludibrium obtenditur. *Sive longissimi temporis præscriptionem*, prætendat. d. §. 2. hîc. Nec enim prædia imperialia publica, multò minus jura majestatis, ac patroni, cujus est æterna in Vasallum auctoritas, fidei nulla temporum diuturnitate præscribere potuit. Si nollet obtemperare, idem dicendum, quod olim Imp. Henricus. IV. Hildebrando Papæ: *Tu quisquis es, non Apostolice descende descende; vindicam tibi sedem Apostolicam relinque; alius in solium B. Petri ascendat, qui nullâ violentiâ religionem palliet: sed D. Petri sanam Doctrinam doceat.* Cùm rem vi aut fraude amissam repetere meræ facultatis, cui nulla præscriptione Platonis quidem anno, opponi potest. Hinc lege Julia & Plautia cautum; *Ne rerum vi possessarum ulla usucapio detur.* hîc. §. l. 33. §. 2. §. l. fin. ff. vi bon. rapt. Cui conformis creberrima regula: *Quod Mala fidei possessor nullo unquam tempore præscribat, etiam si aliquot annorum myriadas possedisset.* c. vigil. §. c. fin. Extr. de præscript. c. poss. sssor. de R. 7. in 6 Nec juvat quod successores in bonâ fide videantur esse, cùm vitia possessionum à majoribus contracta perdurent, eosque auctoris sui culpa comitetur. l. ii. ff. de div. & temp. præscr. l. ii. C. de acquir. poss. Accedit, quod ipso jure civili in turbatione continuâ & durante, nulla currat præscriptio, sed semper possit agi, quia semper durat, & præsens est turbatio; etiam contra eum, ad quem pervenit. l. 3. §. i. ff. quod vi. Cuj. 5. O. 20. Sic Gothi, Hunni, Vandali, licet Romam longissimo seculo tenuissent, à Justiniano tandem iterum exacti sunt. l. i. C. de offic. præf. præf. Nov. 8. c. 10. Eadem causæ bonitate confusus idem Imp. Bonam, ait, *spem habemus*



habemus, quod Deus nobis annuat, ut & ceteras gentes, quas
 socordia sua amiserunt Romani, cum ad utriusq; Oceani terminos
 tenerent, iterum ditioni nostrae adjungamus. Cujus exemplo
 motus aeternae famae heros Gotofridus Bullionæus, diuturno
 veterno pressa Christianorum arma exacuit, & in media Pa-
 læstina ovans collocavit. Theod. à Niem. de priv. & jur. imp.
 Quod bellum utinam sepositis intestinis atrociniis, com-
 muni Christiani nominis ope potius restauraretur contra a-
 nimorum simul & corporum hostem! uti Just. ait. Conclu-
 do ig. sicuti in servum fugitivum, manus injectio sempiter-
 na, Bartol. ad l. ult. ff. sol. matrim. Ita quoque in omne æ-
 vum D. Augustis suas ab incubatoribus injustis vindicandi
 provincias jus erit. Vid. Autor, disp. de jur. princ. tb. 18. Zach.
 Vietor. de exempt. Imp. conclus. 7. Bodin. l. 1. c. 9. Gentil. de jure
 bell. l. 1. c. 23. Schönb. pol. l. 5. c. 7. Sixtin. conf. 9. Marp. n. 21. vol
 1. & disp. 7. supr. ax. 3.

l. 1. C. de off.
 pref. prat.

VII. Scierem alienam vendens, vel ex aliâ
 simili causâ tradens, furtum committit. §. 3. fin. hic.
 Itaque injustum puto esse titulum, quem Romanæ sedis Para-
 siti tribuunt Pontifici Rom. quasi ipse etiam in populos i-
 gnotæ hæctenus partis terrarum jus imperandi haberet; cum
 tamen ipse Paulus Apostolus aperte dixerit: Eos, qui extra Chri-
 stianismum sunt, judicandi sibi jus non esse. Et quod jus Apосто-
 lis judicandi competiit, quanquam etiam ad res terrenas suo
 modo pertinebat, erat tamen cœlestis, ut ita dicam, non ter-
 restris ingenii; exercendum scilicet non per arma & flagra,
 sed per verbum Dei generaliter propositum, & ad circumstan-
 tias peculiare aptatum, per sigillorum divinæ gratiæ exhi-
 bitionem, aut negationem, pro ut cuique conducere: po-
 stremo loco etiam per vindictam non naturalem, sed natu-
 râ ipsa superiorem, ac proinde à Deo procedentem: qualis
 in Anania, Elymas, Hymenæo, & aliis apparuit. Christus ipse,
 à quo omnis potestas ecclesiastica fluxit, & cujus vita exem-
 plar est Ecclesiæ, qua talis est, propositum, negavit regnum su-
 um esse de hoc mundo, hoc est, ejus naturæ, cujus sunt cætera
 regna:

Vid. de Ind
 vel. 21.
 Ayata. l. 1. n.
 29.
 I. Cor. 12.

Joh. 18. 36.
 Bernb. ep. 221.

C



Matth. 26.
53.

1. Tim. 3. 2.

Act. Ap.
hom. d. Ep.
ad. Tit. hom.
1.

Abdicat.
Henrici 3.
c. 5.
Prov. 8. 15.
pr. de conc. ff.

regna : addens alioqui futurum fuisse, ut more aliorum regum operâ militum uteretur. Nunc verò etiam si legiones voluisset, poposcisset non hominum, sed Angelorum. Et quicquid fecit pro jure suæ potestatis, id fecit non humana, sed divinâ virtute, etiam tum, cum nundinatores è templo eiecit. *Flagrum* enim tum quoque divinæ iræ erat signum, non instrumentum; ut alias *spatum* & *oleum* signum medendi, non remedium. *Augustinus* ad indicatum *Johannis* locum : *Audite ergo Judei & gentes : audi circumcisio : audi praputium : audite omnia regna terrena : non impedio dominationem vestram in hoc mundo. Nolite metuere metu vanissimo, quo Herodes ille major, cum Christus natus nuntiaretur, expavit, & tot infantes, ne ad eum mors perveniret, occidit, timendo magis, quam irascendo crudelior. Regnum, inquit, meum non est de hoc mundo. Quid vultis amplius? Venite ad regnum, quod non est de hoc mundo: Venite credendo, & nolite favere merendo.* Episcopo inter cætera interdicit *Paulus* ne percussor sit; ἀνάγκη ἡγορευ, *imperare* imposta necessitate, eâ scilicet, quæ ex humana vi proficiscitur, Regum esse, non Episcoporum, dixit *Chrysostomus*: Et alibi: *Non est nobis data potestas ut auctoritate sententia* (talis scil. quæ jus exsequendi per manum Regiam, aut militarem, aut juris qualiscunque humani ademptionem in se contineat) *cobibeamus homines à delictis.* Et Episcopum officio suo fungi ait ἡ βία ζῆλον, ἀλλὰ πρὸς διδασκαλίαν *non cogendo sed suadendo.* Ex quibus satis apparet: Episcopos, quâ tales sunt, jus regnandi in homines, humano more nullum habere. Quo ergo jure Præsul iste Romanus, *Imperia, Regna, Principatus & quidquid mortales habere possunt, auferre & dare potest?* Non certè divino uti, dictum. *Deus enim constituit Regna, ac per illum Reges regnant.* Neque Canonico: Nam ad Regem, non ad Ecclesiam pertinet de possessionibus judicare. *c. cauffon 7. Extr. qui filii sint legit.* Et Pontifex nomen Imperatorium non debet usurpare, nec secularibus sese negotiis implicare. *c. cum ad verum dist. 96.* Imò si secularibus sese immisceat, indignum sit ei ab Ecclesia subveniri



subveniri. c. sacerdot. 2. Extr. ne clerici secul. sese neg. immisc.
 Falissimum itaque illud Clementis V. Per Pontificem Imperi-
 um translatum esse à Gracis ad Germanos: Et alterum Inno-
 centii 3. Quod sedis sit Apostolica transferre Imperium. Ridicu-
 la quoque & æquo ac verodissimilis ista Constantini prodiga-
 litas, propter generale istud placitum: Principem summum
 in grave Imperii præjudicium quicquam alienare, segregare,
 aut ab omni jurisdictione eximere nequaquam posse: Das sie
 niches hingeben/ Verschreiben/ Versetzen/ oder in andere wege
 vereussern wollen/sondern sich auff's Höchste bearbeiten/ das
 entkommene herzu zubringen In capital. §. zu dem. Quid ig. fi-
 nes invadis alios? (inquit D. Bernhardus) Memineris tibi mi-
 nisterium esse impositum, non Dominium datum. Aula de-
 cet Reges: Christi decet ara ministros: Regnum cum Christo non
 habet orbis idem. Unde rectè Attabaliba Rex Peru dixit: In-
 signiter faciunt esse oportet Papam, qui quæ non habet, aliis li-
 beraliter largitur; vel certè impudentem ac injustum nebulonem,
 qui ejectis veris possess. oribus, alienas terras peregrinis addicit, &
 in mutuas cades mortale genus armat. Vid. Grot. de jure bell.
 l. 2. c. 22. n. 14. Autor. de jure princip. tb. 4. Vietor. de Ex-
 empt. conclus. 13. Ant. Còler. de Imp. Germ. tb. 3. & c. Althus. po-
 lic. c. 24. n. 26. Schönborn. pol. l. 5. c. 7. Vasq. 1. illust. q. 4. Kni-
 chen de non prov. c. 1. n. 4. Vid. disp. 7. supr. ax. 3.

Clem. un. de jurejur.

c. venerab. de Elect. & E- lect. potest.

c. Constanti- nus dist. 96.

ad Eugen. Papam. 25.

Beust.

IIIX. Ignorantia juris excusat à dolo §. 4. hlc. & §. 1. infr. de vi bon. rapt.

IX. Furtum sine affectu furandi non committitur. §. 5. hlc.

X. Rei immobilis furtum non fit. §. 7.

XI. Longa & indubitata possessio nemini est auferenda. *ibid.* Qui publica negotia promiscuè ex jure civili ac privato ponderant atque decidunt, illi ob rei diversitatem & dignitatem perperam mihi facere videntur. A causis enim privatorum pendet unius atq; alterius salus: à causis publicis, Populi, & Reipub; quæ respectu rerum privatarum, quæ semper offecere, officientq; publicis negotiis, minime consideran-



220
da sunt. Unde jus gentium sive naturale, quo effectum est, ut quisque Dominium rei propriæ habeat, quodque dicitur, *Dominium legitime questum nemini auferendum*, interpretationem merito recipit ex aliâ juris regula, quâ docetur; *Reipub. atq; Principibus obtemperandum; ac legem, quæ justam ob causam & propter bonum publicum constituta est, observandam esse.* Atque adeò cum bono publico introducta Usucapio, l. i. ff. de Usurp. & Usucap. ei postponi debet damnum privatum, de quo fortasse conqueratur is, cujus res usucapta. Imò damnum non intelligitur, quod ille sua culpa sentit: suæ enim negligentia & desidia debet imputare, quod intra statutum tempus res suas non perquisierit, collegerit, vindicarit. Insuper hîc summa boni Publici militat ratio, quod *insitum* aliàs *virus facile absorbet & exsugit.* Unde merito laudatur *Flaminius* iste Romanus, quod ex utilitati communi non tantum secundum leges, sed & *ipsis interdum legibus imperare* consuevisset. Et *Medicus* interdum violentibus ægrorum desideriis obsecundat in loco. *Gubernatores* cum in magno mari rectum cursum tenere nequeunt, mutant velificationem, & obliquant sinus. Quidnâ similiter liceat moderatori regnorum aut Rerumpub. *Cui salus populi suprema, lex est, temporibus assentiri, & utilia honestis admiscere.* Sed occurritur nobis à Theologorum Senatu, qui uno ore fas esse negant à recta conscientia vel latum unguem decedere, *nec unquam illiciti quidpiam admitti oportere, ut majus incommodum subtefugiatur;* Imò ne quidem ut aliquid salutare bonum inde consequatur. Quibus haud illibenter consentio consciscoque, si libero ac soluto arbitrato liceat utrum malis: Sed ut sæpè status rerum publicus est, coguntur Legislatores *hominum ingenia remediis experiri, & more Medicorum, venena venenis procurare.* Nec gravatè veniam dabit huic nostræ sententiæ censura Theologorum, quibus ex adverso respondere possumus auctoritates haustas ex ipsorum sacrariis. *Libellum repudii* levibus ex causis, & ob fribuscula Judæis indulgit Deus, non tanquam probaret, sed *ob duritiem cordis, ut interpre-*

224.

terpretatus est Servator noster. *Præliari die Sabbatho capi-*
tal erat: Ea tempora incidêrunt, ut postmodum factu neces-
sarium foret, quod antea capitis periculo sancitum erat.
Lotb filias suas, velut hostias, offert Sodomitarum libidini,
ne scelus innominandum perpetrârent adversus angelos, qui
in ejus hospitium diverterant. Consimili prorsus exemplo
Senex de montibus Ephraim & filiam virginem & Levitæ con-
cubinam Gabeonitis polluendas permisit, ut infandam vim,
ab hospite temperaret. Nec quisquam est tam inhumanus
humanarum rerum arbiter, quin hujusmodi factis aut assen-
tiat aut ignoscat. Jam quid D. Paulum ex novo fædere ad te-
stimonium citem? qui cùm palàm edicat; Christum frustra
mortuum esse, si circumcissioni locus sit; quique hoc nomine
Petrum Judæis assentantem atrociter increpuit; is ipse ta-
men infirmitati Judæorum hoc elargitus est, ut Timotheum
circumciderent. Tanti refert, quo tempore, quibus causis, quâ
sine quâq; actio suscipiatur, aut lex dictetur. Quod si hæc ta-
lia heroicis illis temporibus facta sunt; quis tandem jure
miretur aut succenseat, in hâc rerum mundanarum fæce
quidpiam ex iniquo apparenti sumi, quod adversus singulos u-
silitate publicâ rependatur. Quàm enim multa præter jus bo-
numque vel necessitas, omni ratione potentior cogit, vel sua-
det utilitas, Justi propè mater & æqui. Et, ne falcem in alie-
nam messem mittam, sacris ommissis, ad profana me conver-
to; ubi primum occurrit deductio ista Coloniaarum, quo inven-
to, ut nihil ad firmandas imperii vires efficacius, ita nihil in-
speciem crudelius, nihil, si nudâ fronte rem inspicias, inju-
stius dici aut cogitari potuit. Sic in decumatione cæca fors
sæpè cædi strenuum & innocentem destinat; sed discipline
vigor, & exempli magnitudo decoquit in salutem universorum,
quidquid hic viritim aut injustiam habere videtur aut acerbita-
tem. Quid enim humanius, quàm cùm ab universo exerci-
tu flagitium admissum sit, efficere, ut metus ad omnes, suppli-
cium ad paucos perveniat? Lacones malo jure, sed utili ex-
emplo servos immanibus poculis urgebant, & cogebant
inebriari

inebriari, deinde flore Liberi percussos protrahebant in con-
 spectum ingenuæ juventutis, ut *spectaculi fœditas* eam ab ebrío-
 sitate arceret. Quem in numerum imò extra quem multi Ze-
 nones censoriâ gravitate Usucapionem collocant, ac si con-
 tra naturam esset, dùm improbato modo ad id, quod expe-
 diat, viam aperit, & permittit, ut alter cum alterius detrimen-
 to locupletetur. *l. 14. de condic. indeb. & l. 206. de R. J.* Ut &
 ab ipso Imperatore nominetur *Impium & iniquum presidium*;
 quia id quod meum est, transfert sine facto meo in alium,
contra l. 11. de R. J. Quibus ut in umbrâ & scholâ splendide
 differentibus patienter auscultabimus, ita, cum in rem præ-
 sentem veniendum, illos non sequemur. Nam hîc nihil im-
 probata aut privata ratione fit, sed lege id, quod licet, con-
 stituitur, cujus virtus & officium: *Imperare, vetare, permitte-
 re, punire.* Nec non præmiorum exhortatione bonos & Rei-
 pub. utiles cives facere; malos verò & languidiore pœnis
 coercere. *l. 8 & 11. C. de omni agr. desert.* Neque justior pos-
 set esse pœna, quàm ut per rerum ademptionem, in quibus
 isti peccârunt, plectantur. *Digniq; insuper negligentes, qui &
 suis priventur, & fame pereant.* Essent & similes negligentes
 cani olitoris, qui nec caules comedit, nec finit aliorum comede-
 re: & hi neq; colerent res, nec sinerent, aliorum maxima cum
 jactura, colere diligentes. Neque hîc omninò transit domi-
 nium sine facto. Nam *factum presuntum* adest, *negligentia*
 seu tacita approbatio ejus, qui tam diu passus est, rem suam ab
 alio possideri, ut res rediisse in pristinam communitatem,
 videatur, atque ita possit esse tanquam *nullius, prius occupan-
 tis.* Et meritò hîc non tulit Lex negligentiam Dominorum
 singulorum, quia videbat eam damnosam fore universis:
 Cùm aliàs *indignus privilegio Domini, qui eo abutitur.* Neque
 quisquam sani judicii responderit, pœnam delinquentibus
 impositam, dici debere læsionem: quia eâ *qui punitur, melior
 redditur; & ejus exemplo plures.* Insuper etiam si aliquid ini-
 quitatis occurreret, compensaretur consideratione *boni pu-
 blici, cujus semper potior est causa, vel in unico hoc: Ne verum
 dominia*

Nov. 9. circ. med.

l. 7. de ll.
l. 3. C. de pen.
l. 31. pr. ff. depos.

§. 12. supr. de Rev.

c. 11. q. 3 c. de privileg.

l. 20. de pœn.

l. 20 §. 15. ibid.

l. 1. §. b. t.

223 223

Domina in incerto essent: Cujus incertitudinis præcipua incommoda: *Sollicitudo civium*, quos pacatè vivere interest, nescientium quem sumptibus modum statuunt, quid suis fiat relinquenturi. 2. *Eorum discordia*, quâ res maximæ dilabuntur. Omne enim bonum concordia cognatum; omne malum ex dissidio oritur. 3. *Neglectus rerum & agrorum*: Quis enim sumptus faciet in rem, de qua metuat, ne auferatur. Et 4. denique *lites*, quas minuit. Nam *lite carere, pars vite beate mortalis non minima est*. Unde & à Cicer: *Finis sollicitudinis & periculi litium* vocatur. Impletâ ig. Usucapione, salvâ quæ conscientia rem, cujus cum Lex bonis conditionibus dominum fecit, retinere potest. Nam si *justè auctore Praetore possidetur*; magis *Lege, rerum nostrarum Domina*; Quia *Legum imperia potiora, quàm hominum*. Itaque sapiens legum conditor, cum *humana fors non capiat ab omni laude cumulatam felicitatem*, ita se comparabit, ut meditatè norit ingenia gentis, articulos temporum, imaginem Reipub. Et ut semper ipsi illud *Ciceronis* in mente & ore sit: *Salus populi suprema lex esto*. Vid. *Baud. diss. de fœnor. Clapm. de arcan. Rerum pl. l. 4. c. 1. Bruning. de var. univers. spec. tb. 3. P. Greg. Syntag. l. 40. c. 10. Conan. 1. comm. 7.*

Martial.
Ep. 10.

Pro Cacia.
l. ult. ff.

pro suo.

l. ii. ff. de
acquir. poss.

XII. Jus interdum contra strictam rationem utilitatis causa sancendum. §. 7. *hic* & *ibid. Hottom. p. 148.*

XIII. Sublato impedimento, tollitur ejus effectus. §. 8. *hic* & §. 2. *supr. qui testam. tut. dar. poss.*

XIV. Error falsæ causæ usucapionem non parit. Veritas enim non opinio attendenda. *arg. §. 11. hic.*

XV. Injustum defuncti initium, heredi, licet ignorant, non prodest. §. 12. & 13. *hic.* Auctoris enim possessio continuatur cum possessione ejus, qui ab illo causam habet. Unde illud: *De malo questu non gaudet tertius heres; Ubel gewonnen/ bald zerronnen. Unrecht gut fasset nicht.*

XVI. Etiam adversus sacratissimum ærarium actiones intendere permissum. §. 13. *hic.* Etenim *fisci causa*

224.
Cassio d.
Ep. 10. l. 1.
l. un. §. 14.
C. de caduc.
toll.
l. 10. ff. de
jure fisci.

caussa mala esse debet sub bono Principe. l. 2. de advoc. fise. in
C. Theod. Et bonus Princeps post omnes est. Unde merito Capito-
linus commendat M. Antonium Imp. Quod in causis judican-
dis fisco non faveret. Et Imperator noster; Tantum, inquit, su-
perest clementia, quod scientes etiam fiscum nostrum ultimum ad
caducorum vindicationem vocari. Quare: Non puto delinque-
re eum, qui in dubiis questionibus contra fiscum facile responde-
rit. Vid. Robert. rer. jud. p. 233. Turturet. paral. Eth. jurid. p.
92. Besold. disp. class. 1. d. 12. tb. 6. §. class. 2. d. 4.

TIT. VII.

DE DONATIONIBUS.

MEMBRUM I.

Continens Textus Continuationem.

Alter acquirendi Domini modus civilis singularis, D O-
NATIO; quæ est actus quo res propria ex liberalitate à volen-
te, & in volentem transfertur. Ejus Species duæ sunt, Mor-
tis causa, quæ impropria & relata, sive conditionalis dicitur.
& non mortis causa, sive inter vivos. princ. hic. Mortis
causa donatio est, quâ quis mortis suæ metu in alterum,
præsentem, rem aliquam ritè eo animo confert, ut morte secu-
ta ejus fiat. Harpr. veluti peregrinationis, belli, morbi. §. 1.
Et fit irrita, 1. Valetudinis restitutione 2. pœnitentia dona-
toris, & 3. Morte donatarii, exemplo legatorum, quibus ferè
adæquata est per omnia. ibid. Donatio inter vivos, vel
communis sive absoluta est; vel propter nuptias. Ista
est rei in aliquem gratuita & perpetua translatio. Et non ita
ut prior legatis æquiparatur. §. 2. hic. sed si fuerit perfecta,
non nisi ob ingratitudinem donatarii, aut supervenientiam libe-
rorum, revocari potest. ibid. Perficitur autem solâ voluntatis
testatione; etiam sine insinuatione, nisi quingentos aureos ex-
cesserit, tunc actis publicis insinuanda. Et quamvis traditio
facta non fuerit, nihilominus tamen plenissimum robur ha-
bet,

225.

bet, traditionisque necessitas donatori incumbit. *ibid.*
Donatio propter nuptias antidos seu compensatio & le-
vamentum dotis, est *actus*, quo maritus vel alius ejus nomine, res
mobiles vel immobiles, propter dotem & nuptiarum affectionem
mulieri confert. Et hodie exemplo dotium, non tantum an-
te, sed etiam post nuptias, tam augeri, quam initium sumere
potest. §. 3. *hlo.* Tertius acquisitionis rerum singularium juris
civilis modus est ACCRETIO, sive *jus adcresecendi*; quo, si
unus Dominorum servum communem manumittat, non
(ut *jure antiquo*) ejus pars socio accrescit; sed alter pretium
servi, secundum partem dominii, hodie accipere cogitur. §. *fin.*

MEMBRUM II.

Continens Quaestiones.

I. An Donatio modus acquirendi juris civilis? *Aff. cum*
Först. d. 10. th. 2. & de Domin. c. 9. n. 224. Arum. Ex. 6. th. 12.
Harpr. p. 503. n. 2. Contra Wes. Mozz. & Don. En. Hillig. l.
5 c. 2 b.

II. An filiusfam de bonis adventitiis, quorum usufructus
patri non queritur, sine ejus consensu aliquid mortis causa
donare queat? *Neg. cum Harpr. p. 115. n. 27. Thad. Piso. l. 4.*
var. res. c. 4. n. 3. & c. Contra Fachin. 8. contr. 25. & Hunn.

III. An donatio causa mortis inter conjuges aequè, ac
inter vivos prohibita? *Neg. cum Harpr. ib. n. 58. Treutl. vol. 2.*
d. 19. th. 4. b. Först. d. 10. th. 7. Contra Mozz. & Tusch.

IV. Utrum mulier mortis causa donare possit sine cura-
tore? *Aff. cum. Fachin. 5. contr. 60. Harpr. n. 62. Treutl. v. 2.*
d. 19. th. 9. b.

V. An Reges seu Principes regna ac ditiones sine consen-
su subditorum donationis titulo, vel alio quovis modo alie-
nare possint? *Neg. cum Harpr. p. 566. n. 14. Bocer de Regal.*
c. 4. n. 15.

VI. Utrum, si maritus ignobilis vel senex ducat nobilem
vel etate florentem uxorem, huic donare possit? *Neg. cum*
Fachin. 3. contr. 80. Harpr. n. 32. Contra Berlich. & Mozz.

D

VII. An

VII. An donatio remuneratoria patris in filium facta valeat? Aff. cum Harpr. n. 43. Fachin. 3. contr. 74. Contra Arum. Ex.tb. 13. & Obrecht.

IIIX. An sumtus studiorum filius conferre teneatur? Neg. cum Harpr. n. 55. Cubach; cent. 2. Dec. 9. q. 7.

IX. An donatio omnium bonorum presentium & futurorum valeat? Aff. cum Arum. Ex. 6. tb. 15. Henon. 9. 6. tb. 18. Ungeb. Ex. 7. q. 5. Berens d. 5. tb. 2. q. 2. Contra Bronch. & Olemen.

X. An donator tenetur de evictione? Neg. cum Arum. Ex. 6. q. 17. Berens d. 5. tb. 2. q. 8.

XI. Num alia sint admittenda ingratitude causa, praeter enumeratas in l. ult. C. de revoc. donat. Neg. cum Forst. d. 10. tb. 26. & de domin. c. 9. n. 234. Harpr. n. 157. Contra Gomez. & Bachov.

XII. Num l. 8. C. de revocand. donat. ad quemcunque Donatorem, liberos non habentem debeat extendi? Aff. cum Fachin. 3. contr. 85. Forst. tb. 18. Henon. d. 6. tb. 21. Harpr. n. 183. Contra Donell. Arum. & Bachov.

XIII. An autem in hoc casu, si liberi patre superstite decedant, donatio reconvalescat? Neg. cum Forst. tb. 19. Henon. tb. 22. Fachin. 3. contr. 90.

ANTINOM. I. Donatio refertur hic. & §. ult. supr. de usu & habit, ad modos civilis acquisitionis. Cum tamen perficiatur traditione, quae est naturalis acquirendi modus. §. 40. supr. de R. D. Vid. Matth. hic Arum. Ex. 6. tb. 12. Harpr. p. 503. n. 8. & hic. quest. 1.

II. In §. 2. hic, juncta l. fin. C. de revoc. donat. dicitur: Ob ingratitude solam revocari donationem. Quod negari videtur in l. 8. ibid. Vid. Martin. hic tb. 26.

MEMBRUM IV.

Continens Axiomata & Digressiones.

I. Nihil tam humanum quam mori, arg. § 1. hic. Unde etiam in l. 19. C. de pact. dicitur: Communis mortis fortuna



225. 227
tuna. Possunt quidem homini quotidie multa accidere,
morbi, calamitates, persecutiones, naufragia, latronum in-
sidia, bonorum amissio, injusta accusatio. l. 3. 45. 6. 35. de
mort. c. donat. Sed Isti propriè humanitus quid contingit & ac-
cidit, quem mors consumit, cum hæc humano generi pro-
pria sit, nec ullum hominem effugiat. l. 35. §. 4. ff. de mort. c.
donat. Quia omnibus est tandem lex data certa mori. Et:
Tendimus huc omnes, metam properamus ad unam: Omnia
sub leges, mors vocat atra suas. Summus itaque & supremus
mortalibus casus est, Mors, quâ reliqui omnes humanica-
sus finiuntur, & quasi in fascem recolliguntur, juxta illud:
Mors ultima linea rerum: Mors omnia consumit. Et reliqui
casus alium alio magis minusque premunt; nec omnibus in-
distincte accidunt: Vid. Gödd. adl. 162. §. 1. de V. S. Turru-
ret. paral. Etb. jurid. p. 39. & p. 125.

Ovid. ad
Liv.

II. Omnibus plerumque attribuitur, quod ple-
risque convenit. *ibid. vers. hæc.* Omnium primò, qualis
naturâ populus sit, cui imperitatur, ab eo qui vel Rempub.
administrare, vel de rebus politicis judicare velit, cognos-
cendum est. Etenim quemadmodum *sapiens Architectus*,
ædificium diuturnum extructurus, ad cujusvis materiæ na-
turam atque conditionem, formam adaptat congruentem:
Etiam quemadmodum *Medicus*, quemadmodum item is
qui equitat, respectum ad subjectum habet: Sic & Cicerone
teste: *Duo Reipub. capita sunt; nosse Rempub. & Civium cog-
noscere mores.* Et Tacitus: *Noscenda, inquit, populi, quem
regere vis, natura;* quique eam callet, dicitur prudens. In
eoque cum primis erravit *Dux Albanus;* & eo errore Belgi-
um, & unâ sumptus incredibiles, amisit Rex Hispaniarum.
Nec hoc Politicis solùm, sed & Juri nostro cognitum est.
*Ulpianus enim: Eos qui mancipia vendunt, Nationem cujusq;
in venditione pronuntiare debere respondet: eò quod nationem
scire inter sit. Presumptum enim esse, quosdam servos bonos
esse, quia natione non sunt infamata; quosdam malos videri, quia
& natione sunt, que magis infamis habetur.* Hinc illud vetus

De orat.

lib. 4. trist.

l. 31 §. 21. ff.
de Adil. Ed.

D 2

prover-

228.
Cicer. in or. pro Flacc. i. præsunt. 48.
Horat.
proverbium: *Phrygem plagis fieri solere meliorem.* Et hinc colligit *Alciatus*, præsumi nobilem, qui ex nobili parente: peritum, qui ex perito, & contra. Quæ præsumtio venit ex nascendi lege, quum filii repræsentent parentes, secundum illud: *Fortes creantur fortibus.* Gothof. not. ad d. l. 37. Etenim si quis consideret orbem terrarum univèrsam, ac item gentium, quibus incolitur, discrimina perpendat, fatebitur certè non illubens: *Ingenia hominum à situ, sedeq; regionis præcipuè formari, & pro locorum varietate immutari, ac cuilibet Regioni proprium quasi spiritum seu indolem aut Genium adgnatum esse.* Hic tamen monitum *Josch. Clutei* non est negligendum, qui in *fascic. Paradox. d. 17.* ita scribit: *Natura quidem mores regit, non tamèn quasi penecillo depictos.* Quocirca è re est, ut illa pro regionum ac nationum varietate, flectatur & temperetur, nempe ut vitia in iis corrigantur, virtutes verò excitentur. Vid. *Resold. de natur. pop. p. 5. & l. 1. Pol. c. 10. n. 4. & class. 1. Diss. 10. tb. 3. Cæl. Rhodig. 18. antiq. lect. c. 18. VVaremund. de fœder. l. 1. p. 255 & Lanfius deniq; in suis Consultat.*

Terent. Mimus.
III. Semel concessa non temerè revocanda, arg. §. 2. Cùm enim *Amantium ira amoris redintegratio.* Et interdum: *Discordia fiat cavior Concordia.* Quemadmodum, inquit *Plutarchus*, cum è nubibus exit Sol, ac post caliginem denique ferventior est: Ita amor cùm intercessit ira, aut suspicio, pace facta reconciliatisque animis, jucundior est. Itaque *JEt* hanc affectionem amicorum benè perspicientes, magnam considerationem adhibuere ne ex hujuscemodi *Amantium & Amicorum dissidiis* quid temerè consulerent. Quippe observârunt, illorum iras extitisse amoris vehementius accensi redintegrationem, Unde *Ulpianus*, in legatis nuda voluntate adimendis solummodo graves & capitales inimicitias vult cadere sub considerationem. Levium verò offensarum, quæ sunt *amantium iræ*, nullam vult haberi rationem. Et *Paulus* ad divortium inducendum, nullam vim decernit obtinere *fribusculum saltem conjugum*, ut hæc amicorum

l. 3. §. 11. &
l. 4. ff. de
adm. leg.
l. 3. ff. de Di-
vort. & re-
pud.
l. 22. §. 12 ff.
de donat. int.
vir. & ux.

eorum iras, quæ amorem acunt potius quam extinguunt. Itaque quicquid calore iracundia vel fit, vel dicitur, non prius ratum est, quam si perseverentia apparuit, iudicium animi fuisse.

IV. Quod semel placuit, amplius displicere non potest, §. 2. hic. & §. 7. infr. de hered. qual.

d. l. 3.

V. Beneficium nemini debet esse damnosum.

d. §. 2. Aristoteles interrogatus, quid citò senesceret, quid item tarde? Respondit *Gratiam & injuriam*. Sensit Philo-

Laert. l. 5.

sophus sapientis. injuriæ memoriam esse tenacissimam; gratiæ seu beneficii longè brevissimam. *Diuturnior enim est injuria quam beneficii memoria*. Hæc citò defluit, illa altius se figit; cui placet obliviscitur, cui dolet meminit. Herodiani verbis dabo: *Injuriarum si qua facta sunt, semper est memoria, & qui quid offendit, ærè eximitur, aut obliteratur: ac beneficiorum cum ipso fructu usque memoria perit*. Inhumana prorsus hæc affectio videtur. Quid enim laudabilius; quam beneficia beneficiis compensare! Siquid verò sit adversus nos ab aliquo peccatum, homines meminisse nos oportet, nihil humani esse alienum ab iis qui nos offenderint, putandum: Imò præceptum, quod spectat ad benefaciendi materiam, illud traditur: *Gratiam cum acceperis, in memoria habe: cum dederis, obliviscere*. Sed homines huic dicto parum audientes, gratiam plerumque, si quam acceperint, oblivioni tradunt, si quæ contulerint beneficia, non excidunt, sed exprobrant: Injurias vero altissimè recondunt: oderunt odio Vatiniano: Et mortali in pectore immortalia odia gestant; iræ & odiis non facientes modum. Quælis Catilina summus iste conjuratorum dux, cujus hæc recensentur postrema verba conjurationis socios ad vindictam exhortantis: *Quod si virtuti vestra fortuna inviderit, cavete ne inulti animam amittatis*. Et quàm dulce sit vindictæ studium, quo vel morte levius reditur, declarat illa, seu *historia*, seu *fabula*: Duo inter se capitali odio dissidentes eadem navi vehebantur. Proram unus, alter puppim occupabat: Sed cum ortâ tempestate uterque de vita periclitaretur, in puppi sedens gubernatorem

lib. 3. in orat. Perem.

Tac. 4. ann.



230
interrogavit, quâ primum parte navem submersum iri putaret? quo Proram respondente; tum ille. *Jam letus moriar inimici interitum inspecturus.* Quibus apertè declaratur, *homines beneficiorum facillime oblivisci; Injurias vero severissimè ulcisci;* ut omnes scil. habeant persuasum, non ad eò ignavâ ope homines nos esse, quin offensas illatas vindicare, par inferre infestanti, acrem ob inflictas injurias vindictam sumere valeamus. Quâ de causa ne primùm *minores videamur, ne deinde ignavi existimemur,* beneficia obliviscimur; injurias ulciscimur vel cum totali proximi excidio. Et hæc qui gerunt, pro Christianis haberi cupiunt, cum tamen modis omnibus dissideant ab eo, quod Christo præcipuum fuit ac peculiare. Quis enim crederet humanâ, nedum Christianâ mente præditos istos, qui sic jugiter, *solo vindictæ studio, rapinis, sanguine, cladibus, ruinis, sacra prophanâq. miscent omnia.* Qui sic præcipites aguntur, ut omnia naturæ Christi que vincula, omnia caritatis fœdera rumpant, dissecant, diffringant. Atque his tam *impiis factis insuper prætextitur titulus pius:* Sic sternunt viam ad propagandum imperium Christi! *O rem monstruosam!* Parum consultum putant Reipub. Christianæ, nisi haud minimam ditionis Christianæ partem subvertant & omnia Deo sacrata loca evertant, *Plato negat appellandum bellis,* quod Græci moveant adversus Græcos: *Seditio est, inquit.* Et istis Sanctum etiam bellum est, quod nescio quo sub prætextu, tali milite, talibus armis, cum Christiano gerit Christianus; & *contra miseros subditos,* ad quos nec attinet bellum, nec ipsi ullam belli causam dederunt. Qui tamen eundem habent religionis auctore, eodem omnes redempti sanguine, iisdem omnes initiati sacris, iisdem aluntur sacramentis? *Opera plusquam adamantina!* Ita vobis: *Vindicta bonum vita,* imò salute, *jucundius ipsa!* Sed audio jam dudum, quid excusent *homines in suum ipsorum malum ingeniosi;* Cogi se queruntur, & invitos ad bellum pertrahi. Detrahant modò personam istam, abjiciant fucos, consulant proprium pectus: reperient iram, ambitionem, vindictæ studium. hûc pertraxisse,

Iffe, non necessitatem; nisi fortè hâc fine necessitatem meti-
 antur: Si non per omnia satisfiat ipsorum insatiabili animo. Ad po-
 pulum phaleras: Deus fucis non deluditur. Cui viri sanguinum
 & dolosi sunt abominabiles. Et si prophanârunt bella, numinis
 jussu suscepta gesta que; quid facient, quæ suasit ambitio? quæ
 vindicta. Si pium regem polluit effusus sanguis Ethnicorum, quid
 faciet tam ingens effusio sanguinis Christiani? Sed Justus
 est Dominus & justa ejus sunt judisia. Qui retribuet unicuique
 secundum opera sua Pacem contemnentes & gloriam appetentes,
 pacem perdunt & gloriam. D. Bernb.

VI. Injustum est donatorem à donatario injuriâ vel
 damno affici. d. §. 2.

VII. A Junioribus interdum inducta, quæ veteribus inco-
 gnita. §. 3. hîc. Nam non refert atate an moribus senex sit homo.
 Et meritò eos reprehendit Horatius, qui virtutem æstimant
 annis & atate: Miranturque nihil nisi quod Libitina sacravit.
 Non enim cani, non rugæ afferunt auctoritatem, sed honestè a-
 ctâ superior ætas dignitatis fructus capit extremos.

VIII. Nomina debent esse rebus consequentia. *ibid.*

IX. Humanitas nemini debet esse damnosa; & sævitia
 lucrosa. §. ult.

X. Pessimum exemplo & invidia plenum, remedio tol-
 lendum. *ibid.* Difficultates enim hominum resecandæ. *supr.*
 d. 4. tit. 20. axiom. 1.

XI. Multa contra regulas juris favore libertatis statuta
 sunt. *ibid.* & *disp.* 2. in *pr.* tit. 8. ax. 1.

TIT. VIII.

Quibus alienare licet vel non.

Causæ acquisitionis Dux proponuntur *supr.* tit. 6. Sine
 quâ non & Instrumentalis. Illa est ALIENATIO; quæ in-
 interdum Domino interdicta, non domino permilla. Ut I.
 Maritus licet dominus dotis sit, *dotale* tamen *predium*, ne-
 quidem consentiente uxore, vel alienare vel oppignorare
 potest. *princ.* hîc. II. Pupillus, sine tutoris aut magistratus
 autoritate §. ult. Contra creditor Pignus, cujus dominus
 non est, alienare potest. §. 2. hîc.

QUÆ-



32.
QUESTIO I. An maritus rerum dotalium sit verè domi-
nus? Aff. cum Harpr. p. 610. n. 12. Don. En. l. 14. c. 4. f. Arum.
Ex. 6. cor. 1. Vid. Ungeb. Ex. 7. q. 6. Berens d. 5. q. 1.

II. An res pecuniâ dotali emptæ, fiant dotales, ita ut so-
luto matrimonio utilis rei vindicatio pro iis uxori compe-
tat? Aff. cum Harpr. p. 612. n. 28. Berens. d. 5. th. 3. q. 2. Hunn.
resol. ad Treutl. v. 2. d. 7. th. 9. q. 47. Contra Fabr. Pac. & Ungeb.

III. Utrum maritus uxorem ob dotem promissam, &
non præstitam, domo expellere possit? Neg. cum Harpr.
p. 614. n. 36. Fachin. 3. controu. 48. Hillig. Don. En. l. 13. c. 21. k.
Berens. d. 15. th. 3. q. 3. Contra Gail. Coler & P. Greger.

IV. Utrum pignus statim post trinam denuntiationem
ritè factam distrahi possit; an verò adhuc biennium exspe-
ctari debeat? Prius aff. cum Harpr. p. 617. n. 4. Bocer. cl. 2. d. 21.
th. 77. c. Arum. Ex. 12. th. ult. Contra Schneid. Coler. & Hunn.

ANTINOM. In princ. hæc dotalè prædium mariti esse alle-
ritur: Et tamen in l. pen. C. de jure dot. dotem naturaliter in
uxoris dominio permanere dicitur. Cùm tamen traditione
dotis & naturaliter transferatur dominium. §. 40. supr. de R.
D. Vid. Marcol. hic. & Cujac. l. 10. Obs. 32. & supr. quest. 1. cum
ibi alleg.

MEMBRUM IV.

Continens Axiomata & Digressiones.

l. 2. de const.
Princip.

I. Correctio legum omnia debet in meliorem sta-
tum deducere. arg. pr. In rebus enim novis constituendis
evidens esse utilitas debet, ut recedatur ab eo jure, quod diu
æquum visum est. Vid. Lenc. obs. Pol. 82. Besold. disp. pol. cl.
2. d. 2. th. 35. Hanon. disp. pol. 1. th. 23. a. & disp. 2. supr. tit. 2. ax. 8.

II. Alienandæ rei facultas, nec soli, nec omni Domino tri-
buitur. *ibid.*

III. Juris remedia non certo loco concludenda. *ibid.*

IV. Fragilitas alicujus non in perniciem substantiæ ejus
convertenda. *ibid.*

V. Nemo rerum suarum dominio temere privan-
dus. §. 1. hic. Etiam si id fiat just. belli prætextu. Sic apud In-

Indos: *Agriculturarum bona intacta sunt, ac velut sacrosancta; & hostis nemo cuiquam agricolis damnum dat, sed id hominum genus ut in commune beneficium ab injuriis omnibus immune praestatur.* Philo de creat.

Quod ex rationis similitudine ad alia quoque produci- tur. *Quid enim rebus inanimis, quae & mites sunt & mites fru- ctus ferunt, irascuntur? An vero in morem hominum qui hostes sunt, inimicitiae significationem arbores produunt, ut pro his, quae faciunt aut facere minantur, stirpitus evellenda sint?* Unde Josephus, Si vocem edere possent arbores, clamituras ait: *Iniquè se, cum belli causse non sint, perferre belli penas.* Ad eund.

Quod Hebraei Interppr. ad rem quamvis, quae sine causa ex odio magis, quam pru- denti ratione desolatur: ut si aedificia comburantur, esculenta ac poculenta corrumpantur, porrigant. Polyan. strateg.

Quibus consentit ducis Atheniensis Timothei prudens modoratio; qui non patiebatur Pro domo aut domum, aut villam dirui, aut arborem frugiferam excindi. Et ad Pent.

Cicero Corinthum excisam non probat, ubi tamen fœdè tra- ctati erant Romanorum legati: *Horrificum, nefarium omni im- butum odio dicens bellum, quod parietibus, tectis, columnis, postibus fit.* Laudat quoque Livius Romanorum lenitatem victâ Capuâ, l. 26. quod non saviunt sit incendiis ruinisq; in tecta innoxia murosque. Multò minus itaque in istas res saviendum, quae ad bellum fa- ciendum aut ducendum nihil momenti habent; quibus rebus parci, etiam manente bello, ratio vult, & suadet rerum divina- Syll. de bello. p. 3. n. 5.

rum reverentia, inter eos maximè, qui iisdem initiati sunt sa- cris, Apud Græcos certè adhuc impiè pios, Thucydides jus ait fuisse: *Ut qui in hosticum impetum facerent, à locis sacris abstine- rent.* Et à Romanis *Albâ dirutâ Deum templis temperatum,* ait Livius. Imò & hominibus ob templa parci solitum, quod in lib. 13.

Gothis Romæ captoribus, sic laudat Augustinus: Testantur hoc martyrum loca & basilicæ Apostolorum, quae in illa vastatione vi- ctos ad se confugièntes suos alienosq; recepèrunt: hucusq; cruen- tus savièbat inimicq; ibi accipiebat limitem trucidationis furor: illo ducebantur à miserantibus hostibus, qui etiam extra ipsa loca pe- lib. 1. de civ. Dei.

pencerant, ne in eos incurrerent, qui similem misericordiam nõ ha- berent: qui tamen etiam ipsi alibi truces atq; hostili more savièntes, posteaquam ad loca illa veniebant, ubi fuerat interdictum, quod a-

E libi



Xenophon.

lib. 26.

libi jure belli licuisset, tot à seviendi refranabatur immanitas. At
 ô prorsus sublatam è rebus humanis frontem! Apud Chri-
 stianos maximo cum Religionis opprobrio exuruntur
 villæ, incenduntur pagi, tot civitates unâ procel-
 lâ subvertuntur: Ultra jus victoriæ in templa, aras, se-
 pulcra sævitur, imò solo æquantur. In miseros Agricolas, im-
 belles mulieres, innoxios infantes, gladius cruentus strin-
 gitur. Cum tamen summorum Ducum, qui Christianos se & à
 Deo & ab hominibus haberi cupiunt, officium sit, violentis urbi-
 um direptionibus, & si quid his simile est, intercedere, agrico-
 lis pacem, armatis bellum denuntiare, ut quæ abire non possint
 sine gravissimo multorum innocentium malo, & sæpè ad
 belli summam parùm proficiant: Ita ut bonitas Christiana ferè
 semper, ipsa quoq; justitia plerunq; à talibus abhorreat. Majus sa-
 nè est Christianorum inter se vinculum, quàm olim Gracovū
 fuit, quorum bellis, nequa urbs Græcæ excinderetur, cautum erat
 Amphictyonum decreto. Et Alexandrum M. narrant vete-
 res, nullius rei à se actæ magis ductum pœnitentiâ, quàm quod
 Thebas evertisset. Quid ad hæc qui non unas & qui-
 dem Christianorum? Sed funestis consiliis funesti quoque
 eventus. Exemplum dat Livius in Annibale: Præceps in avari-
 tiam & crudelitatem animus, ad spolianda quæ tueri ne quibat, ut
 vastata hosti relinquerentur, inclinavit. Id sædum consilium, cùm
 incepto, tum etiam exitu fuit: Neq; enim indigna patientium mo-
 do ab alienabantur animi, sed caterorum etiam: Quippe ad plu-
 res exemplum quàm calamitas pertinebat. Vid. Viet. de jure bell.
 n. 52. & 56. Grov. & j. bell. l. 3. c. 13. & supr. D. 6. ax. 1. & 10.
 VI. Constitutiones evidentissimâ ratione & ex suggestione
 virorum eminentissimorum promulgandæ. §. 2. vers. sed. Vid.
 supr. disp. 1. ax. 9.
 VII. Judicis pronuntiatum plenissimam affert securitatē. *ibid.*
 IIX. Indignus est legum auxilio, qui contra leges peccat. *ibid.*
 vers. quod si.
 IX. Creditores non sunt impediendi, quò minus jus suum per-
 sequantur. §. 1.

X. Pupil

- 235
- X. Pupillis nullius rei alienatio, sine tutoris auctoritate concessa. §. ult.
 XI. Qui mala fide rem consumpsit, ad exhibendum tenetur *ibid.*
 XII. Pupillus sine tutore potest rerum dominia acquirere. *ibid.*
 XIII. Solvens pupillo sine tutore, aut Judicis sententia, non liberatur. *ib.*
 XIV. Solvens non liberatur, nisi soluta pecunia fiat accipientis. *ibid.*

TIT. IX.

Per quas personas cuiq; acquiratur.

Instrumentalis acquisitionis causa est, Persona, per quam cuique *adquiratur*. Idque vel *immediate* per nosmet ipsos; vel *mediate* per alios, velut, I. *Per Liberos* utriusque sexus. §. 1. & 2. In peculio nempe profectio totum: In adventitio usufructum: In castrensi & quasi castrensi, nihil. II. *Per servos*. §. 3. & 4. Et usufructuarios, si quid ex re nostra aut operis suis adquisiverint. §. 3. III. *Per procuratorem*. §. 5.

QUÆSTIO I. Num mater legitimam filio debitam ejusmodi conditione gravare possit; ne pater in legitima filio relicta, ut usufructum sibi vindicare valeat? *Neg. cum Harpr. p. 630. n. 10.*

II. An istis casibus, quibus patri rerum adventitiarum usufructus non quaritur, saltem commoditas earum rerum patri concedatur? *Neg. cum Harpr. p. 631. n. 13. & Heig. bñc. Contra Angel. & Mynsing.*

III. An servus nobis acquirat possessionem etiam invitis vel ignorantibus ex causa non peculiari? *Neg. cum Först. d. 11. q. 8. Don. En. l. 5. c. 8. 6. Harp. p. 637. Contra Cujac.*

ANTINOM. In §. 4. *bñc.* Fructuarium possidere negatur. In l. 12. *pr. ff. de acquir. poss.* asseritur. *Vid. Cujac. 9. O. 33. Trentl. v. 2. d. 11. th. 4. g. Haskelm. illust. quest. d. 20. th. 8. a.*

Axiomata & Digressiones.

I. Singula diligenter dispicienda. *princ.* Præsertim à bono Principe, qui ad vigilare & geminâ fronte debet esse instar Jani bifrontis, ut præterita noscat, & futura prospiciat. *Etiã in minutis vigilandum*, ne paulatim incidamus in maxima incommoda. *Quia res initio pusilla, crescunt in majus.* *Gail. de pace publ. l. 1. c. 3. n. 11.*

II. Nulla est invidia, id quod ab aliquo profectum, ad eum reverti, §. 1. Unde haud immeritò immensæ donationes, sive potius profusiones Principales à successoribus sæpe retractatæ fuêrunt. Quid si enim Nero omnia vectigalia Imperii sustulit, num illa perniciofa constitutione teneri oport-

236
portuit Successores? Quid si *Constantinus* aliquis florentissimam Imperii partem in Præsulem Romanum alienavit? Et quid si saltem fictè, aut nunquam? *Neg.* enim quod Princeps committit, Respub. luere debet; veluti *Güntherus* de rebus sacris canit. *Neg.* enim quod pastor iniquè Gesserit, Ecclesia fas est in damna refundi. Justissimum ig. hoc inde repeti, unde inopia caussa. Vid. *Clapm. de arcan. rerump. l. 5. c. 13. & supr. tit. 1. ax. 7.*

III. Labore vel prospera fortuna acquisitum, non debet ad alium pervenire. *ibid.* Tria, inquit ille, genera hominum debent expelli de civitatibus: Leprosi, cadavera mortuorum, mendicantes validi, qui laborem velut exquisitum supplicium fugiunt. Nam isti cives honestos, qui suum labore pepererunt patrimonium, aut alios, qui ex salariis unicè vivunt, & tamen non accipiunt, sub specie Christianæ charitatis exsugunt & exhauriunt. Ideoque eliminandi è Repub. *Exploretur in singulis integritas corporum & robur annorum. l. un. C. de mendicant. valid.* Et *Caroli M.* constitutio est: *Mendici per regiones vagari non permittuntur: Illis nisi manibus operentur, nullus quicquã dato: Suos pauperes quæq; civitas alito. Si enim, quantum pauperum est venire huc, & liberis suis petere pecunias ceperint, singuli nunquã exsatiabuntur, Resp. desciat; inquit Tacit. 2. Ann.* Justius ig. aliquis interdum fecerit, si injustè petentem correxerit, quàm si ei dederit. Et de mendico, inquit *Comicus, malè meretur, qui ei dat quod edat aut bibat: Nam & illud quod dat, perdit, & illi producit vitam ad miseriam.* Præsertim in loco munito, quando timor obsidionis sublit. Vid. *Camerar. l. 1. c. 16. & l. 2. c. 74. med. hist. Schönb. pol. 3. c. 15. P. Greg. l. 22. c. 7. de Rep. Amirat. l. 17, disc. 6. Althus. pol. v. 30. n. 10.*

IV. Emancipatio filio honorem affert. §. 2. *hic.*

V. Honor rerum privatione non minuendus. *ibid.* Ut Disciplinam, ex mente *Cassiodori*, non potest servare jejunos exercitus, ita & vix quisquam honorem, privatus necessariis rebus. *Lac enim Honoris est pecunia: cum vix ipsius apicem attingant, quibus res angusta domi.* Unde *Simonides* interrogatus: *Ultra res esset optabilior; Divitiæ an sapientia? Dubito, inquit: Ut qui videam sapientes frequentare divitum fores. Interim tamen: Malo virum quàm pecuniam.* Et prudenter *Plato* dixit: *Divitias cacas esse sine prudentia & acutum cernere, quando sequuntur prudentiam, & ex ista provenientem honorem.* Vid. *supr. d, 4. tit. 17.*

VI. Alterius absolutæ potestati subiectus, nihil suum habere potest. §. 3.

VII. Singula suis pertractanda locis. *arg. §. ult.*

SOLI DEO GLORIA.

00 A 6414

ULB Halle 3
002 928 094




12

1017





8



DEO!
 INSTITUT.
 LICI
 TIO OCTAVA
 litico - Juridica
 De
APIONI.
 NATIONIBUS
 em,
 r quas personas cuiq; acquiritur.
 & 9. Lib. 2. Instit.
 HIBENS
 XTUS
 em, Quæstiones,
 s & Axiomata.
 Quam
 RESIDIO
TAUBMANNI
 Profefs. Publ.
 dam proponit
EMAKER Herfor-
 estphalus.
 orio 7ctorum boris antemerid.
 EBERGÆ,
 ROSII ROTH I Acad. Typogr.
 DCXXVII.